Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26243
Copyright: Admont, Benediktinerstift



115

dantis animi. tam sic una & singularis apparet. ut duo quedam esse
non inueniant non iudicante ratione. quod intelligimus aliud esse illud quod
in memoria manet. etiam cum aliunde cogitamus. & aliud fieri cum recor
damur. i. ad memoriam redimus. & illic inuenimus eandem speciem. quasi si ita
non ibi esset ita oblitos nos esse diceremus. ut omnino recolere non possemus.
Si autem acies recordantis non formaretur ex ea re quae erat in memoria. nul
lomodo fieret uisio cogitantis. sic utique conuectio. i. ea quae memoria tenet.
& ea quae inde expimitur ut formetur acies recordantis. quasi simillime
s uelutiam una facit apparere. Cum autem acies cogitantis auersa inde
fuerit. atque id in memoria cernebatur desituerit intueri. nichil for
me quae impressa erat in eadem acie remanebit. atque inde formabitur.
quae rursus conuersa fuerit. ut alia cogitatio fiat. Manet tamen illud
quod reliquit in memoria. quae rursus cum id recordamur conuertatur. & ce
uersa formet. atque unum cum eo fiat unde formatur. .III.
Voluntas vero illa quae hac atque illac fert & refert aciem formandam. coniungitque formatam. si ad interiorem phantasiam tota effluxerit. atque a presentia corporum quae circumiacent sensibus atque ab ipsis sensibus corporis animi aciem auertere. atque ad ea quae intus cernitur imaginem penitus conuertere. obfundit tanta similitudo speciei corporalis expressa ex memoria. ut nec ipsa ratio discernere sinatur. utrum foris corpus ipsum uideatur. an intus tale aliquid cogitetur. Hanc interdum homines nimia cogitatione rerum uisibilium ut illecti ut tenti. etiam eius mentem repente uoces ediderunt. quasi reuera in medius talibus actionibus seu passionibus uersarent. Ex eodem genere affectionis etiam illud est. quod in somnis per imaginem illo per illudimur. sic plurimum differt. utrum sopi tus sensibus corporis sicuti dormientium. aut ab interiore compage turbatis. sicut furentium. aut alio quodam alienatis. sicuti diuinantium ut prophetarum animi. an intentio quadam necessitate in curiat. in eas quae occurrunt imagines. siue ex memoria. siue alia